



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XIV. Die Markgrafen Otto und Albrecht schenken dem Marien-Kloster zu Chorin neun Hufen Landes in Woltersdorf, am 1. April 1272.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](#)

Marchio Johannes, pie memorie Brandenburgensis de consensu heredum suorum Abbatii et conuentui Cisterciensis ordinis in Stagno sancte Marie jus patronatus ecclesie in Oderberch contulit de mera et libera voluntate et similiter quicquid juris eidem ac suis heredibus in eadem ecclesia competebat. Nos igitur considerantes eorum inopiam propter deum, qui est retributor omnium, eandem in quantum possumus, volumus aliquantulum releuare, duodecim mansos, pertinentes ad curiam in villa Nyendorp et cum ipsa curia, quos plebanus in Oderberch nunc nomine dotis possidet et tenet, in sustentationem et in subsidiuum predictorum fratrum, postquam plebanus nunc superstes carnis debitum perfoluerit, prefato monasterio in Stagno sancte Marie et fratribus ejusdem ecclesie assignamus pleno jure in perpetuum possidendos. Volentes ut plebanus substituendus ab Abbatie et Conventu ad curam memorate ecclesie presentandus dotem habeat oblationibus, modiis, denariis de mansis laicorum in villa Nyendorp tantum sit contentus, et procriptionem legatis fedis apostolice nobis nostrisque successoribus preposito suo adeo dabit et perfoluet, Imponentes plebano, qui pro tempore fuerit in Oderberch, perpetuum silentium, ne fratres in Stagno sancte Marie supradictis mansis repetendis in posterum presumat aliquatenus molestare. Datum Brandenburch, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>., XVII<sup>o</sup>. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno VI<sup>o</sup>.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerken's Cod. II, 408.

#### XIV. Die Markgrafen Otto und Albrecht schenken dem Marien-Kloster zu Thorin neun Hufen Landes in Woltersdorf, am 1. August 1272.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Otto et Albertus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, poni solent in linguis testium et scriptis autenticis perhennari, ut si necesse fuerit in futurum ex scriptis veritas comprobetur. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris tenore presentium publice protestantes, quod nos ecclesie sancte Marie virginis in Koryn et fratribus ibidem domino famulantibus in ordine Cisterciensi, nouem mansos in villa Woltersdorp, sicut nos eos habuimus, cum omni potestate atque jure perpetuo et proprietatis titulo possidendos donauimus, ita quod ipsi sicut nos antea in predictis bonis adiutatio et omni domino libere et in perpetuum perfrauantur. Ut autem hec predicta rata et inviolabilia in perpetuum obseruantur per nos et per succedentes nobis heredes nostros, ne quoque ulli dubium super predictis futuris temporibus valeat suboriri, presentem paginam scribi fecimus et signorum nostrorum appensionibus roborari. Testes vero, qui presentes fuerunt, sunt nostri milites et fideles Henricus de Wodenswege, Henricus de Heidebrake, Henricus de Grobene, Henricus de Sydoue et Henricus de Thenis. Datum in villa Bernekuoue, anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXII<sup>o</sup>., Kal. Augusti.

Aus dem nach dem Original des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerken's Cod. II, 409. In einem zweiten Exemplar dieser Urkunde steht Gudenswege statt Wodenswege.